Fragmentarium

et detinuissem libros predicatoris.
Reuersi itaque ex itinere: ceperunt
predicare uerbum dñi. Ad quorum
predicationem plurimi iudeorum atque gẽ
tilium illuminati: crediderunt in
dñm ihm xpm. Expleta namque
predicatione. statuerunt ire ad p̃
dicandum in oriente. ut tunc de
[illegible] ad cyprum: ut
uisitarent eccl̃ias in quibus uerbum
dñi predicauerunt. Sed beatus bar
nabas exorabat. ut prius iret cy
prum ad uisitandos parentes suos:
et postea communiter ierlm pergent.
Inter hec autem angelica uisio per nocte
facta est beato paulo apl̃o dicens.
Celerius propera ierlm nec moram facias:
quoniam fr̃es ualde prestolantur
aduentum tuum. Quod cum beato bar
nabe panderet: ait beatus barnabas.
Quia uoluntati dei contradicere
non expedio: fiat uoluntas eius. Tan
tum obsecro intercede pro me ad dñm:
ut deprecatio mea fiat acceptabilis
in conspectu eius. secundum deuotionem
qua famulati sumus in ministerio
quod datum est nobis. Nunc autem
propero cyprum: ibique finem compleo
uite. faciem tuam heu pro dolor
corporaliter ultra non uisurus. Hec pro
loquens procidit ad pedes eius. et fle
uit diu amare. Cuius dolori beatus
paulus condolens. noli inquit me

rum. Tu autem perge ierlm ad lo
ca sacra uisitanda. Tunc positis
genibus orantes et osculantes nos
ad inuicem: ualefecimus. Et naui
gantes descendimus laodiciam. deuer
tantes ut pergeremus cyprum. Deinde
uenimus in ciuitatem que uocatur
anemoria: in qua inuenimus
uisos uiros quinque ethnicos. tam
sagacitate pollentes. Quos euen
tes: sagaciter interrogare ceperunt di
centes. O uiri qui estis. unde et quo.
uel que res uos attulit in nr̃is oris?
Animaduertens autem beatus barna
bas illorum sagacitatem: sagaciter
eis respondere studuit. Si nosse
inquit cupitis qui sumus. unde et
quo. uel quamobrem uenimus: scito
te quod famuli sumus dñi ihu xpi.
creatoris celi ac terre. Uenientes ab
iherosolimis. pergimus ubique ad p̃di
candum nomen eius. quia ipse est filius
dei omnipotentis: et qui credit in
illum non morietur. sed uitam reci
piet sempiternam. Uerumtamen si hoc
cognoscere cupitis. exuite uos ue
stimentis que ueterascunt et pere
unt. et induimini uestibus que non
pereunt. sed splendide et gloriose permana
nent in eternum. Hec audientes. atto
niti ualde compuncti sunt corde:
admirantes et dicentes. Mira res
quam dicitis. Quis enim deus potest.

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2317, 15r – Passio sancti Barnabae apostoli
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-6nzj/3915/41318)